



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 70. Bonifacii Amerbachii extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

dici posse, quod ibidem realiter præ-
 sens sit: nihilominus hic idem hæreti-
 cus Anno Christi millesimo quingente-
 simo sexagesimo primo Possiacensi col-
 loquio interfuit, ubi cum Calvinistas
 allerere perciperet, quod Christus Do-
 minus in cœna realiter reciperetur,
 quamvis sub speciebus panis præsens
 non esset, hac doctrina tantopere offen-
 debatur, ut hanc opinionem tanquam
 falsam palam redargueret.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

§. LXX.

Bonifacii Amerbachii extrema.

Die prima Maji pariter vivis ereptus
 est Bonifacius Amerbachius cele-
 bris Jurisconsultus Basileæ Anno Christi
 millesimo quadringentesimo nonagesimo
 quinto natus, qui Patrem habuit Joan-
 nem Amerbachium peritum sæculi de-
 cimi quinti Typographum Basileensem,
 cujus arti novos characteres, quorum
 usus suo ævo in Typographiis invaluit,
 in acceptis referre obstringimur: porro
 ejus Filius Joannes unacum duobus
 fratribus suis natu majoribus Brunone,
 & Basilio studiis incumbens tam præ-
 claros progressus in scientiis præcipue
 sub Joanne Connone in lingua Græca
 fecit, ut circa annum Domini millesi-
 mum quingentesimum undecimum pri-
 ma Doctoratus laurea decoratus, bien-

Thuan. l. 34.
 Melch. Adams
 in vita Ju-
 riscon.
 Germ.

nie

Sæc. XVI.
A.C. 1562

nio post liberalium Artium Magister crearetur, ubi eundem Erasmus singulari erga eum affectu stimulatus literis excolebat, illumque semper tam arcta fovebat amicitia, ut eum quoque omnium bonorum hæredem scriberet; postquam vero Amerbachius Artium liberalium magisterio insignitus erat, sub Zasio Friburgi, ac postea in Italia, & Francia jurisprudentiæ operam dabat, demum vero Avenione Doctorum honores adeptus est: anno autem millesimo quingentesimo vigesimo quinto Basileæ juris cathedram conscendit, ubi per viginti, & unum annos, quibus hanc scientiam publice tradebat, innumeros pene Discipulos sibi conciliabat, æquali jure tam Viri virtutibus clari, quam jurisprudentiæ oraculi, ac rari antiquitatum investigatoris nomen emeritus. Plura etiam condiderat collegia in subsidium juvenum, qui se vel literis, vel cuidam opificio dicabant, nec minorem pecuniæ summam pro dotandis puellis reponebat. Ceterum in Basileensi Bibliotheca asservantur plures præclari hujus Viri Codices scripti, ac nonnulla etiam illius opera typis edita fuere, atque inter alia celebratur elegantissima quædam illius epistola de Urbe Basileensi, quæ in Münsteri Cosmographia exstat. Devixit tandem Amer-

merbachius Basileæ Anno Christi mil-^{Sæcul. XVI.}
lesimo quingentesimo sexagesimo se-^{A.C. 1562.}
cundo, postquam annum ætatis suæ
sexagesimum septimum expleverat, se-
pultusque est in parva urbe in quodam
Carthusianorum cœnobio, ubi ante vi-
gesimum mortis suæ annum jamjam
Patris, ac Matris suæ, necnon suæ uxo-
ris, ac filiorum, & denique proprium
Epitaphium concinnaverat.

§. LXXI.

*Ægidius le Maitre, seu Magister
mortuus.*

Nec minus in Galliis jurisprudentia ^{Thuan. l. 38.}
celebris erat *Ægidius le Maitre, seu* ^{circa finem}
Magister, qui pariter hoc anno die ^{Spond. hoc}
quinta Decembris mortalitatem exiit, ^{ann. n. 54.}
annos natus sexaginta tres. Patrem
is habuit Godefredum Magistrum Cin-
cehurum, Matrem vero Catharinam
Fremnam, suæ autem juventutis an-
nos forensibus caulis dicabat, quo in
munere sibi eximii Oratoris, ac celeberrimi
Jurisconsulti nomen comparabat:
quapropter Anno salutis nostræ millesimo
quingentesimo quadragesimo a Fran-
cisco I. Galliarum Rege officio Regii
Advocati honorabatur: decimo autem
post anno Henricus II. in obsequii, tam
sibi, quam Patri suo Regi præclare præ-
stiti præmium, eundem primo Curix

Hist. Eccles. Tom. XLV. A a a in-